UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sophistica

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

eſſe dicebat, cum id deprehenperet ex ſomno, qui mortis imago eſt. *Plut. in vita Alex.*

Diogenes conſiderans hominum vitam & mores, ac videns ciuitatum gubernatores philoſophos, & alios huius notæ homines, dicebat nullum animal homine ſapientius eſſe. Idem ſi videret ſomniorum interpretes, coniectores, &c. aiebat, ſibi nihil homine videri ſtultius. *Laert. l. 6. & Eraſ. l. 3. apoph.*

Idem, ſuperſtitionem hominum, qui in ſomniis terrerentur, hoc pacto irridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ vero dormientes ſomniatis, ſolicite perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert, quid patiatur in ſomniis, quam quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere Deorum iram, ac triſtem euentum, non ſi quid dormientibus ſit viſum. *Laert. l. 6.*

Thales interrogatus, quantum diſtaret à mendacio veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens, ea demum eſſe indubitatæ fidei, quæ contuemur oculis: fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de ſomniis, quorum quæ ſubuolant per portam corneam, vera ſunt: quæ per eburneam, vana. Corneæ portæ inuolucro deſignans oculos ob coloris ſimilitudinem: eburneæ, os, ob candorem dentium. *Eraſ. l. 8. apoph.*

Zeno Eleates dicebat, ſuis quemq; in ſomniis deprehendere poſſe, quantum in philoſophia profeciſſet, ſi nihil illic vel appeteret, vel faceret nefariæ rei. Tum enim animus in profunda tranquillitate conſtitutus, veros affectus prodit. Contra quæ vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in ſomniis. *Laert. l. 9. cap. 5.*

Anonymus, Quidam ſomniarat, ſe videre ouum ex lecti cubicularis faſcia pendens illigatam. Id ſomnium retulit ap coniectorem: is iuſſit, vt eo loco foderet: defoſſum enim eſſe theſaurum. Fodit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coniectorem, de auro diſſimulans. Tum coniector: Quid nihilne de vitello: Somniator inuenerat aurum argento circundatum in oui ſpeciem, nec id latuit coniectorem. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

¶ Similitudines.

Plut. Heraclitus dixit, vigilantibus vnum communem eſſe mundum, ſopitos in ſuum quemque diſcedere, At ſuperſtitioſus ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, ſemper ſomniante cogitatione. *in Moral.*

Comicus venuſte dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant: cum dii nihil nobis gratis dederint, niſi ſomnum, cur id ſibi magno volunt conſtare? At cum dii ſomnium nobis dederint curarum & laborum delinimentum, ſuperſtitioſus ſibi illum reddit carnificium. *in Moral.*

Syracidæ, Quaſi qui apprehendit vmbram, & qui perſequitur ventos: Sic qui intendit in ſomniis. *Eccl. c. 34.*

Chryſoſtomi, Quemadmodum pueri vilium rerum ſpectacula admirantur & obſtupeſcunt, pilis, trochis, talis inhiant, magnas autem res ne cogitatione quidem capere poſſunt: Ita & peccatores præſentia reputant, mirantur ad ſomnia. *Homil. 70. in Ioannem.*

Gregorii Nyſſeni, Vt in terra humida, radiis ſolis calidioribus calefacta, vapores quidam nebuloſi ex alto excitantur: Sic fit prope ad eundem modum in noſtra terra, quum cibus naturali calore feruefactus fuerit. Nam cum vapores ſecundum naturam ſint aerei, & in ſublime ferantur, ad ſuperiorem locum tum aſpirantes in capite conſident, ex quibus ſomnia naſcuntur. *Apud Max. ſerm. 29.*

¶ Adagia.

Endymionis ſomnum dormis. Ενδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.

In eos quadrabit, qui ſe immodico ſomno ſaginant: aut qui diutino in otio verſantur: nec vllis ſe negotiis exercent, ſed mollem feriatamque agunt vitam. Ariſt.

Vltra Epimenidem dormis. ὑπὲρ τὸ Επιμενίδην κεκοίμησαι.

In eos qui perpetuum agunt otium, ſomno & ignauæ prorſus dediti Gellius.

Salem vehens dormis. ἅλας ἄγων καθεύδεις.

Quadrabit in eum, qui in re periculoſa ſocorditer atq; indulgenter agit.

Non decet principem ſolidam dormite noctem. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Monte adagium, vigilantiam ac ſolicitudinem maxime conuenire principibus. Homer.

¶ Exempla Biblica,

Somniorum & reuelationum per illa factarum, *exempla:* Abimelech, *Gen.* 20. 3. *Iacob*, 28. 12. & 31. 11. Laban, v. 24. Ioſephi, interpretis ſomnii, Pincernæ & Piſtoris, 40. 5. Pharaonis, 4. 1. cuiuſdam Danitæ, *Iud.* 7. 13. Eſdræ, 4. *Eſd.* 11. 1. Mardochæi, *Eſth.* 10. 5. & 11. v. 5. Nabuchodonoſor. *Dan.* 7. 1.

¶ Profana Exempla.

Apud *Lucianum Mycillus*, per ſomnium opulentiſſimus experrectus, cerdo erat. Iro pauperior. *Theat. Zuing.*

Atlantes Africæ populi, nulla inſomnia vident. *Herod. l. 4.*

Nero Cæſar nunquam ſomniare ſolitus, niſi poſt interfectam matrem. *Sueton.*

Otho Imp. dicitur ea nocte, quæ cædem Galbæ ſubſecuta eſt, ... quietem pauefactus gemitus maximos edidiſſe: repertuſque ... curſantibus humi ante lectum iacens, per omnia piacul... nera manes Galbæ, à quo deturbari expellique ſe viderat, ... tentaſſe. *Sueton.*

In Suecia ſeptentrionali Gulo animal voraciſſimum ... lis eius pretioſiſſima. Dormientibus ſub harum pellium ... tis euenire ſolent ſomnia ejus animalis naturæ conformia ... ingluuiem & inſidias beſtiarum. *Glauc. l. 18. c. 8.*

Theſeus, Herculis conſobrinus, virtutis eius vſque adeo ... vt præclara illius facta etiam in ſomnis ſibi occurrerent. ... *Theſſ.*

Themiſtocli Miltiadis Perſica trophæa non modo ſom... mebant, ſed & ſomnia condiebant. *Plut.*

M. Marcellus Coſ. cum Annibale dimicando eo ferebat... vt ſæpe etiam in ſomnis ſingulari certamine cum eo ſi... congredi. *Plut. in eius vita.*

Sophiſtica. Sophiſtæ.

¶ Definitio et Etymolog.

SOphiſtica, logicæ veræ aduerſaria, plus oſtentationis ... vtilitatis, qua præceptorum nefariorum ſtulti diſcipuli ... fallacibus concluſiunculis aduerſarium irretire, atque ... nectere, quibus quæ falſiſſima ſunt vera eſſe videantur.

¶ Sententiæ Biblicæ,

Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1. 22.

Ne quis ſapiat ſupra quam oportet ſapere, ſed ſapiat ad ... tem. *Rom* 12. 3.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem ſe ... ſcire aliquid, nondum quicquam nouit, ſicut oportet ſcire.

Si quis videtur contentioſus, nos talem conſuetudinem ... bemus, neque Eccleſiæ Dei. 1. *Cor.* 11. 16.

Non qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed ... minus commendat. 2. *Cor.* 10. 18.

Ne ſimus amplius pueri qui fluctuemus & circumferamur ... vis vento doctrinæ, in hominum alea, in veteratoria ad ... lendum verſutia. *Epheſ.* 4. 14.

Nihil gerere per contentionem neque per inanem glori... *lip.* 2. 3.

Horum Deus venter, & gloria in confuſione ipſorum, qui ... ſapiunt. *Phil.* 3. 19.

Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem ... ciam. *Coloſſ* 2. 8.

Improbi homines & impoſtores procedent in peius, tum ... tes alios, tum ſeducti ipſi, 2. *Tim.* 3. 13.

Vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet ... lucri gratia. *Tit.* 1. 11.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Hebr.*

¶ Sententiae Patrum.

Philoſophiam nomine habituque profitentur quidam, ... præſtant dignum hac profeſſione. *Iuſtin. Martyr. in 2. Apol. ... ſtianis.*

Veteratorie inſtructa perſuadendi arte, ſeducunt mentem ... torum. *Item:* Verborum artificio ſimplices eo probabili... cunt, vt aliquo modo inquirant: ſed improbabiliter ipſos ... dum aduerſus ſummum opificem impiam reddunt & bla... ipſorum mentem: ita vt ne verum quidem à falſo diſcern... ſint. *Irenæus, in præf. l. 1. adu. hæreſes.*

Non oſtenditur per ſe impoſtura, ne nuda deprehendatur ... mictu veriſimili callide ornata, ita vt imperitioribus videatur ... na ſpecie ſe ipſa veritate veriorem exhibere. *Idem, ibid.*

Sophiſtæ verborum magis volunt eſſe, quam diſcipuli ... *Idem, lib. 3. cap* 40.

Quidam ſe ipſos erigentes calumnias verbis inuenire co... contentioſas comparantes quæſtiunculas, diſtinctiuncularum ... tores, puſillarum quarundam artium æmulatores, litigatorum ... giorum conſarcinatores. Ob hanc artem efferentes ſe ſophi... lices, canoris quibusdam ſuis nugis garrientes, cum in nom... lectu & certa dictionum compoſitione ac connexione tota ... borant, cicadis apparent loquaciores. *Clem. Alex. Stromat. l. 1.*

Sophiſtarum elocutiones non ſolum multorum oculos ... gunt, eoſq; ſeducunt: ſed nonnunquam etiam vim adferentes ... cam reportant victoriam. *Idem, eod lib.*

Inani ſapientiæ opinione elati perpetuo litigant, aperte oſten... tes, ſe magis curare vt videantur, quam vt philoſophentur ...

Loquacitatem facundiam exiſtimant: impudentiam con... tiam deputant: & maledicere ſingulis officium bonæ conſcien... iudicant. *Tertull. l. adu. Hermogenem, c. 1.* Hæreticorum patriarchæ ... ſunt philoſophi. *c. 8.* Iis fere mos eſt, ſimplicia quæq; torquere ... Simplicitatem cõmunium verborũ torquent in quæſtionem ...

Quo...

...nim ſophiſticen didicerunt, & vt præclara mirantur quæ
...obſeruationes ex vana philoſophia, eque inani deceptio-
...ras, ad ſimplicem artificiique ignaram doctrinam transfe-
... *ibid c.3.*

... hominibus adeo ſuaue eſt & iucundum, quam de rebus al-
...enis orationem habere, ſi vel beneuolentiam quadam vel
...antur, à quibus veritas plerunque ſurripi ſolet. *Greg. Naz.*

...e eſt pauper in ſimplicitate ſua, & qui ſermonis ac ſcientiæ
...laborat, ſimplicibusq; verbis innititur, atq; in illis tanquam
... & tenuitate ſalutem aſſequitur: quam curioſus fatuus &
...is labiis, qui diſputationib. & ſophiſticis elenchis inepte at-
...perite confidit, ac Chriſti crucem, rem omni ſermone ſub-
...em, per diſſerendi facultatem euacuat, vbi probationes & ar-
...orum infirmitas veritatem imminuit & labefactat. *Idem,*

...veritas exultat perturbata & confuſa Sophiſtica ſedet ad gu-
...a, vbi nulla ratio, nec veritatis inueſtigatio & communi-
... *Cyrillus.*

...poſitum eſt hominibus improbis, in quorum animis inex-
...s honoris & pecuniæ cupiditas inſita eſt, vt Eccleſiis, quæ
...habere videntur dignitatis, inſidientur, qui per varias ac mul-
...nas ſinceram Eccleſiæ pietatem oppugnare non ceſſant.
...mpulſu diaboli, qui vim ſuam in eorum animis exercet, in
...m acti, ad voluptates, quæ forte ſe offerunt, præcipites ferun-
...q; ab omni pietate auerſi timorem diuini iudicii proterunt.
...*crat. hiſt. Eccl. lib.1.c.4.*

...uperare & carpere bonos ac bonum, quomodo quis poteſt,
...ophiſticè? quis poteſt niſi malus & ſophiſta? Hic enim vt conui-
... vt calumnietur, aut detrahit, aut peruertit, & immutat:
...et ſophiſtarum vel excellentiſſimum artificium. *Socrat. hiſt.*
...lib.6.c.10.

...diſputat, verum diſcernit à falſo, quod qui non poſſunt, &
... Dialectici videri volunt, per inſidioſas interrogationes ca-
...nctautorum aſſenſiones: vt ex eorum reſponſionibus conclu-
..., vnde illos vel aperta falſitate deceptos rideant, vel occultam
...tem deceptis perſuadeant, quam plærunque etiam exiſtimant
...em. *Aug. contra Creſconium, lib.1.c.15.*
... hoc dicant, quod erubeſcunt ſi dicant: non habent omnino
... dicant. *Idem, lib. de vnitate Eccl. c.15.*
...hiſteriones potius quam literati appellandi ſunt, qui legendo
... nihil ſapere didicerunt. *Idem, lib. 1. contra aduerſ. legis &*
...c.24.
...uando animoſitatem qua tenentur vicerint, tunc veritatem po
... tenere qua vincuntur. *idem lib. vlt. contra Iulian. c.13.*

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Sophiſtica eſt veneratio iuuenum diuitum ac illuſtrium, quæ fit
...ntem conciliandi, capiendi, acquirendi, priuatim mercedem
...rentem, pecunias exigentem, eruditionem oſtentantem. *Plato*
Sophiſta.

Sophiſta, eſt genus hom. lucro deditum, caupo diſciplinarum a-
...a, iuuenum & diuitum mercenarius venator, concordiæ hoſtis,
...ntioſus, contradicens, clamoſus, litigator, habet ſcientiam in
...tione conſtitutam, ad tenebras eius quod non eſt aufugit. *idem,*
... dialogo.

Sophiſta eſt rerum vanarum imitator, & impoſtor, *ibid.* Ludit cũ
...minibus propter nominum differentiam, ſupplantans & euertens
...s, eorum more, qui ſedere volentibus ſcabella ſubtrahunt, & de-
...ntur ac rident, ſupinum iacentem intuentes. *Idem in Euthy-*
...mo.

Sophiſta maxima pernicies eſt, & peſtis eorum, qui cum ipſo con-
...ſantur. *Plato de Virtute.*

Sophiſta à Philoſopho tam modo quam materia diſcrepat. *Al-*
...c.3.

Sophiſta philoſophiæ eſt adulator, & omnium adulatorum peſ-
...mus. *Max. Tyrius ſerm.4.*

Sophiſtes ille eſt, qui ſimulatione & ſpecie ſapientiæ, non vera ſa-
...pientia quæſtum facit. *Alex. Aphrod. lib. Elench.*

Sophiſticæ redargutiones nullo modo ſapientiam gignunt, ſed
...mpedimenta ac moleſtias afferunt. *idem.*

Sophiſtica ſolum ſimulata & adumbrata eſt ſapientia. *Lib. γ.3.*
Metaph. c.2. T.5. Ariſt.

Sophiſtica ſpeciem modo habet, non veritatem. *ibid.*

Contentioſis, cum hominibus plane ita non pugnandum eſt,
...quaſi cum iis, qui videantur morbo coarguere, non vere coarguant.
Lib.2. de reprehenſ. ſophiſt. c.2.

Vt in certaminibus, qui quauis ratione victores eſſe volunt, nihil
...non mouent, nil non aggrediuntur: ita hic in diſputatione idem fa-
...ciunt, qui ſunt ſupra modum litigioſi. Atq; ex iis quidem, qui tan-
...tum adhibent contentionem, quicunq; ſibi victoriam proponunt:
...illi ſunt, qui proprie litigioſi, & contentionis amatores cenſentur.
Qui vero gloriam, ex qua quæſtum faciant, aucupantur, ſophiſtæ.
Lib.1. de reprehenſ. ſophiſt. c.10.

Eſt ſophiſticæ ratio quęſtus faciendi ex ſapientiæ ſimulatione. *ibi.*

Eſt ſophiſticæ ſimulata, & non vera ſapientia: & ſophiſta is dici-
tur: qui ex ea, quam præ ſe fert, non vera, ſed ſimulata ſapientia quæ-
ſtum facit. *Lib.1. de repreh. ſophiſt. c.2.*

Quibuſdam illud eſt ingenium, vt ſe operæ pretium maius fa-
cturos exiſtiment, ſi ſapientes videantur, nec ſint, quam ſi ſint, nec
videntur, *ibid.*

Contentionis ſtudioſi homines multum diſſimiles ſunt iis, qui
pſeudographos faciunt: vt qui non ex principiis, quæ alicuius gene-
ris propria ſint, fallaces concluſiones efficiant: ſed late vagante in
omni rerum genere verſentur *Lib.1. de repreh. ſophiſt. c.11.*

Plato quodammodo non male id, quod non eſt, ſophiſticæ attri-
buit. Verſantur enim ſophiſtarum ratiocinationes & diſputationes
in accidente ex omnib. maxime: idem ne ſit Muſicus & Gramma-
ticus: & Coriſcus Muſicus, & Coriſcus? & num omne, quod eſt, non
tamen ſemper factum eſt. *Lib. ε.5. Metaph. c.2. T.4.*

Neceſſe eſt, vt ſophiſtæ munere probe fungi velit: fallacium ar-
gumentorum genus, quod petitur ex rerum vocabulis, inprimis ex-
quirat: quandoquidem in eo tantum eſt momenti, vt hæc ſit vna
ratio, qua ſapientiæ opinionem, in qua illi ſunt omnia, conſequi
poſſit, ſi talium argumentorum facultate inſtructus ſit. *Lib.1. de re-*
preh. ſophiſt.2.

Qui primum argentum acceperunt: deinde nihil præſtant eo-
rum, qui profeſſi ſunt propter promiſſorum magnitudinem: iure
ſunt illi quidem vituperandi. Neque enim ex ſoluunt, quod promi-
ſerunt: quod certe coguntur ſophiſtæ facere *Lib.9. Ethic. ca.1.*

Sophiſtarum ratio fallax ancipitem habet curam cogitandi. *Li.*
7. Eth. c.2.

Miror eos qui Sophiſtæ vocantur, quod ſe iuuenes prouehere di-
cant ad virtutem eorum multi, quos ab ea prorſus auertunt. Nam
hominem nuſquam vidimus, quem noſtri temporis Sophiſtæ bo-
num fecerint, qui ne libros quidem tradunt, ex quibus bonos eua-
dere oportet. Sed ab his multa de inanib. rebus conſcripta ſunt, in
quibus iuuenes virtutem non reperient, ſed voluptates inanes. At-
que in his quidem tempus iucunde terunt, qui fructum aliquem
ex iis ſe capere poſſe ſperarunt, impediuntur autem ad alia vtiliora,
& interim mala condiſcunt. Vitia igitur eorum maiora magis vitu-
pero: ſcripta vero, quod verba quidem illis exquiſita ſunt, rectas au-
tem ſententias quibus iuniores ad virtutem inſtituerentur, negli-
gant.

Equidem vulgaris homo ſum, ſcio tamen optimum eſſe ab ipſa
natura, id quod bonum eſt, perdiſcere: proximum, ab iis potius
qui vere boni alicuius ſcientiam tenent, quam ab iis qui fallen-
di artem profitentur. Itaque verbis forſitan non eleganter (nam
hæc non affecto) ſed recta cupio dicere præcepta, quibus ad virtu-
tem vtor, educati iuuenes vtantur. Neq; enim verba, ſed ſententiæ,
ſi honeſtæ fuerint, vitam inſtituunt.

Vituperant autem & alii multi Sophiſtas iſtos noſtri ſeculi, non
philoſophos, quod in nominibus callidi, in rebus ipſis nulli ſint, in-
terim non me latet pulchrum eſſe ordine ſcribi: eritq; eis facile, tum
cito, tum quæ non recte ſcripſi repræhendere: ſed tamen ita ſcripta
ſunt vt honeſta ſint, nec ſophiſticos, ſed bonos & ſapientes faciant.
Neq; enim hæc ipſa videri malo quam eſſe vtilia, vt nunquam re-
prehendi poſſunt. Sophiſtæ vero ad fallendum dicunt & ſcribunt, vt
lucrum faciant, & nihil cuiquam proſunt. Nam ex his nec fuit, nec
eſt ſapiens vllus: ſed habet quiſq; ſatis vt ſophiſta vocetur, quod a-
pud ſanæ mentis homines dedecus eſt.

Moneo igitur Sophiſtarum præcepta vitanda eſſe, philoſopho-
rum vero ſententias non aſpernandas. Nam Sophiſtæ aucupantur
eos qui diuites ſunt & iuuenes: philoſophi omnibus communes ſunt
& amici: fortunas autem hominum vt non obſeruant, ita neq; con-
temnant. Nec vero probaueris illos, qui lucrum temere ſequuntur,
ſiue publicum ſiue priuatum, conſiderans optimus quidem ex illis,
propter ea quæ bene faciunt, ſed aſſiduis laboribus inclareſcere: ma-
los vero & male ſe habere, & ſuis vitiis innoteſcere: qui quum & pri-
uatorum res & reipublicæ ſibi vindicent, ad communem ſalutem
minus adiumenti adferunt quam priuati, & corporibus ad bellum
ignauis & indecoris ſunt, quum laborem tolerare nequeunt. *Xe-*
noph. de venat. circa finem.

¶ Apophthegmata.

Socrates, Euclidi contentioſarum argutationum admodum ſtu-
dioſo: Sophiſtis, inquit, ô Euclines, vti poteris, hominibus non po-
teris. Iudicans, ſophiſticē inutilem ad publicas functiones, quas qui
affectat, eum non oportet gryphis, & inanibus argutiis ludere, ſed
hominum moribus ſemet accommodare. *Eraſ. lib3. apoph.*

Plato, quum à Dionyſio faſtidiretur, popoſcit congrediendi co-
piam, ea data, hunc in modum diſſeruit: Si quem ſentires in
Siciliam appuliſſe, hoc animo, vt tibi malefaceret, qui tamen non
data opportunitate nihil mali faceret, an hunc impune dimit-
teres? Quum Dionyſius reſpondiſſet, nequaquam, ô Plato: Opor-
tet enim hoſtium non facta ſolum, verum & animi propoſitum
viciſci. Plato ſubiecit: Tum ſi quis tibi bene volens veniſſet in Si-
ciliam, vt tibi boni quippiam adferret, non faciat autem, deſtitu-
tus occaſione, num par eſſet hunc nulla relata gratia contemptum
abiicere Dionyſio percontante, quis eſſet ille? Æſchines, inqui,

[..]m morum ſanctimonia cum quouis amicorum Socraris conferen[..]s:& qui poſſit dicendo meliores reddere,cum quibus habet conſuetudinem. Is cum huc multum maris emenſus adnauigarit,vt ſuam philoſophiam tibi impertiret, hactenus neglectus eſt. Hæc tam commoda oratio effecit, vt rex & Platonem,cui prius erat infenſior,complecteretur,& Æſchinem ſplendide magnificeq; tractaret. *Laer.lib.*3.

Hippodamus Pythagoreus. Examinandos probandoſque ſophiſtas eſſe dicebat, an ſecundum leges & inſtituta ciuilia, idoneumq; ſeu proprium viuendi genus, vtilia proloquantur. Non mediocrem enim, inquit, ſed maximam infelicitatem hominum animis ſophiſtarum diſſertationes ingenerant:ſi quid auſi fuerint innouare præter commune iudicium, in diuinis humaniſque rebus, quo admiſſo, neq; veritas maior, neq; vita tutior honeſtiorve futura eſt, ſed maiori potius caligine atque perturbatione inuoluenda. *Stob. ſerm* 41.

Diogenes, cuidam ſophiſticis argutationibus colligenti, quod Diogenes haberet cornua, frontem & tempora manu contrectans: Atqui(inquit)ego non video.Maluit philoſophus irridere friuolum enthymema,quam ſoluere.*Laer.l.*2.*c.*1.

Idem.Plato ſic definierat hominem : Homo eſt animal bipes, implume. Ei definitioni, quum diſcipuli Platonis applauderent, Diogenes gallum gallinaceum pennis ac plumis nudatum produxit in ſcholam: En, inquiens, hic eſt homo Platonis. Itaq; definitioni adiectum eſt, latis vnguibus,quod aues eiuſmodi non habent. *Laer. lib.*6.

Idem.Sophiſta quidam volens apud Diogenem oſtentare acumen ingenii, hunc in modum ratiocinatus eſt: Quod ego ſum,tu non es. Cum annuiſſet Diogenes ego, inquit, ſum homo,igitur tu non es homo. Tum Diogenes: A me, inquit, incipe,& recte colligeris.Non dignatus eſt aperire, quid haberet vitii ratiocinatio: ſed maluit irridere, de tam friuolis nugis ſibi placentem. Si ſic ſumpſiſſet:Tu es homo: ſequebatur,ſophiſtam non eſſe hominem. *Laert. lib.*6.

Zeno,Quum Zeno in ſcholis differens.acutiſſimis rationibus probaret,nullum eſſe motum,nec eſſe poſſe : Diogenes ſurgens, cœpit inambulare.Id admiratus Zeno:Quid,inquit,agis Diogenes? Confuto,inquit, tuas rationes. Taxans interim inanem ingenii oſtentationem.*Laer.lib.*6.

Stilpo, Colebat arputias Dialecticas, quarum vna parum illi feliciter ceſſit.De ſtatua Mineruæ,quam Phidias finxerat, ita percontatus eſt:Num Iouis Minerua Dea eſt? Quum reſponſum eſſet,eſt:At hæc, inquit,non eſt Iouis, ſed Phidiæ. Id quum eſſet conceſſum, collegit,Non eſt igitur hæc Dea. Ob hanc vocem apud Areopagitas impietatis reus peractus eſt.Ille vero ſic conatus eſt elabi, vt diceret,non negaſſe illam eſſe Deam ſed Deum, hoc eſt, maſculum: nam θεὸς apud Atticos communis eſt generis attamen iuſſus eſt ire in exilium.Theodorus autem cognomento ἄθεος his auditis: Vnde hoc nouit Stilpo, niſi forte ſublatis veſtibus inſpexit Mineruam. *Laer.li.*2.*c.*11.

Hipparchia Metroclis ſoror Theodorum impium,cui cognomen erat ἄθεος, huiuſmodi ſophiſmate conſtrinxit: Quod faciens Theodorus non dicitur iniuſte agere,idem ſi faciat Hipparchia non dicetur iniuſte agere? Quum annuiſſet ille,ſubiecit:ſed Theodorus ſeipſum percutiens non diceretur iniuſte agere, nec igitur Hipparchia ſi idem faceret? Ad id Teodorus nihil reſpondit, ſed ſuſtulit illius pallium, vt enudaret pudenda. Quum illa nihil hac re turbaretur,obiecit ei verſu iambico, quod è muliebribus officiis ad virile inſtitutum defeciſſet:

Γυνὴ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας.
Radios apud telas reliquit fœmina.

Cui illa : Num tibi videor mihi conſuluiſſe, quæ quod temporis impenſura fueram telis, impendi diſciplinis? *Eraſm.in Laert.libro* 6.

Ariſtarchus dicere ſolitus eſt : Olim vixerant ſeptem ſapientes, nunc haud facile totidem inuenias idiotas. Notans ſophiſtarum turbam qui ſe pro ſapientibus iactabant, vt vix ſupereſſet qui ſe profiteretur indoctum. *Eraſ.li.*6 *apoph.*

Ariſton dicere ſolebat, Dialecticorum argutias ſimiles eſſe telis aranearum, quod plurimum haberent artificii,minimum vtilitatis. Nam is cum cæteris Cynicis putabat logicen ac phyſicen à philoſophia ſubmouendam,ſolam ethicen diligenter exercendam. Huius ſententiæ princeps fuit Socrates.*Eraſ Roter.li* 8 *apoph.*

Menedemus,percontanti cuidam Alexino, an patrem cædere deſiiſſet? reſpondit:Neq; cæcidi,neq; deſii. Quum alter ſubieciſſet, oportere ſoluere ambiguitatem per ναὶ & οὔ aut affirmando, aut negando : Ridiculum, inquit, eſt veſtras ſequi leges, quum liceat in portis occurrere. Alter captabat illum inſidioſa percontatione : ſiue enim reſpondiſſet,Deſidi ſiue non deſii,agnouiſſet crimen. Ille hoc præſentiens,excluſit ſophiſticum cauillum.Sic & Socrates apud Platonem obiurgatur à ſophiſtis, quod ſecus reſpondeat, quam ipſis eſſet commodum.*Laer.li.*2.*apoph.*18

Demonax, Adoleſcenti laſciuius culto, qui quæſtionem ſophiſticam propoſuerat,nihil aliud reſpondit,quam [...] anceps eſt,ad conficiendum, quod colligit:& ad obſc[...] Quumque adoleſcens indignatus reſpondiſſet.At ego ti[...] ſtendam: Demonax admiranti ſimilis, Quid, inquit, [...] rum habes? *Eraſ.l.*8.*apoph.*

Ludo.XII.Gall.rex. Franciſcanus quidam magni no[...] tiſſimis diſputationibus coram rege concionem clau[...] audito,& ſophiſtam deteſtante.teſtatus eſt,qui magis de[...] diſſe neminem : & futurum,vt poſthac à concionibus [...] abſtineret,niſi concionatores inter ſe lites eas bona fide [...] rent. *Annal.Franciæ.*

¶ SIMILITVDINES.

NaZianZeni. Athenis ex iuuenibus quamplurimi, [...] ſtiores etiam circa ſophiſticam deſipiunt, non ingeni[...] & nomine obſcuri,ſed generoſiores iam & elatiores, [...] multitudo inter ſe decertant, quum moribus prædi[...] bus,& haud facile cohiberi poſſint: ac ideo video idem [...] quod & equorum ac ſpectaculorum amatoribus, in [...] aduerſariorum. Salutant enim,clamant, puluerem in [...] gunt,in aurigis ſedentes,aerem verberant, equos digi[...] flagellis cum coniungentibus coniungunt : & quum [...] domini,facile inuicem concedunt aurigas, equos, ſta[...] rum,præfectos:ac quinam ſunt illi? vt plurimum indige[...] peres, & qui nec tantum habent, vt vno ſuſtineantur [...] modo & ii, in his admodum pro doctoribus ſuis co[...] aduerſaris indignantur:quo ipſi plures exiſtant,ac doc[...] rum illi curam gerunt præcipuam, locupletiores redda[...] admodum abſurda eſt pariter,& infelix.*De laudibus Ba[...]*

Olympiodori. Quæſiui ego ſcite, quænam hæc ſit m[...] phiſtarum ſtultitia & turbatio,& inconſtans error,men[...] ductio: & inueni demum, hanc ipſorum ſapientiam p[...] ſe adulteræ mulieri. Sicut enim illa blandis ſermonibu[...] iuuenes lactat.Ita & hæc ſtultos venatur, irretitos ſy[...] laqueis & ſagenis. At ſicut illa molli contrectatione a[...] git, fractamq; deuincit : Ita hæc mala eadem adducit [...] tionis concentu.*in Eccleſ.ca.*7.

Dionis Nicæ. Quemadmodum indoctæ & laſciuæ [...] canes,non intelligentes neque cognoſcentes veſtigia, [...] lias voce & forma : ex ſcientibus autem atq; videntibus [...] ſequuntur,ſtultiores propemodum,quam illæ, quæ [...] Ex illis hæ, quæ vocem non emittunt : ſed ſilent, ipſæ [...] piuntur : hæ vero petulantiſſimæ ſunt, quæ priores i[...] multum excitantes:atq; eo imitantur, vt alias ſeducant. [...] quiddam inuenias & circa eos, qui dicuntur ſophiſtæ, [...] multa ſequitur turba ſtolidorum hominum : & intelig[...] nihil homo ſophiſta ab libidinoſo eunucho differat. [...] *orat* 4.

Senecæ. Vt præſtigiatorum fraudes fallunt & cum vo[...] ſophiſticis argutis capi ridiculum eſt,non periculoſum.

Plinii. Vt bonaſo cornua oneri ſunt tantum, nulli [...] deo ſunt in ſe reflexa:Ita ſophiſtæ Dialecticen habent, ſed [...] nem reuincere poſſint,adeo eſt intorta.*Libro* 8.*ca.*15.

Roterodami. Vt cibi male olentes non videntur male ol[...] ederint : Ita ſpurcæ Scotiſtarum & ſophiſtarum litera[...] melioribus imbutos literis vehementer offendant, [...] moueant, eos qui nugas iſtiuſmodi imbiberunt,nihil [...] imo bellæ videntur & elegantes.*in ſimil.*

Vt Panthera bene olet, ſed non niſi beſtiis,quas ad [...] minibus item non olet:Ita Scotus bonis ingeniis grauis [...] iſtis & bardis quouis aromate gratior.*in ſimil.*

Thritemi. Sophiſtæ,qui in veterum Dialecticas com[...] ſcribunt: ſimiles indoctis pictoribus, qui,dum veterum [...] luſtrare volunt, in ipſis omne artificium peruenerun[...] *thegm.*99.

Sophiſtæ,ſimiles pueris nequam, qui gaudent pugna[...] ter æquales concitare, nequeunt pugnantes dirimere. [...] gis poſſunt opiniones varias congerere, quam digerere [...] ponere.*in apoph.*110.

Aues,quæ ſe poſſunt expedire magnis retibus, [...] rebunt in aranearum telis. Et qui veram nouit artis diffic[...] facile explicabit ſe nugacibus ſophiſmatibus. *in apoph[...]* 120.

¶ POETICI VERSVS.

In Sophiſtas.

Hegeſander.

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπωγένειοι,
Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαργίδαι,

Ιμαντοπέριζαλλοι, τηλιπονγιβλεπέλαοι,
Νοσιλαθαριόφαγοι, νυκτιπατιπλάγιοι,
Μυρανιξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταί,
Δοξοματαιόσοφοι, ζητεριτησίαδαι.

Et ex lepidiſſima eruditiſſimi viri verſione, ad verbum.

Saloni caperones, vibriſſas peromenti,
Manticobarbicolæ, ex tenebropatinæ,
Obſuffarciramicti, plani lucerni tuentes,
Nocti latentiuori, nocti doloſtudii,
Pulli premoplagii, ſutelocaptiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepæ.

Eiuſdem.

De diſputatoribus ſeu Rixatoribus Sophiſtis,
Epigramma.

Quo te ambulando cunq; vectas gentium,
Vitare non eſt diſputatorum genus,
Pugnax, proteruum, factioſum, garrulum,
Quos pacis hoſtes vltima hac ætas tulit:
Qui nocte lucem, nigra vertunt candidis,
Et quæſtionum triſtitate condiunt
Natas in vſum ſobrii ioci dapes.
Hos nec decorum eſt, nec tutum, refellere.
Tali hoſte victo, quis triumphus te manet.
Luctuante eodem, pugna gliſcit acrior:
Nec dignitatem fronte ferrea pudor
Expreſſus auget, alacritatem nec dabit
Extorta rixis veritas. In iurgiis.
Vicisse nolle, cum queas, victoria eſt.

Aliud.

Buccis tumidos neglige ſpumeis ſophiſtas,
Bullas ſtolidæ nebulæ, ſomniiq; plenas,
Infantis crepis cymbala raucia facta nugis:
Quorum ſtreperos ſic pote tu vlciſcere bombos,
Reddas neque gry inſtantibus, & taceto ridens.

❡ Hieroglyphica.

Sacerdotes Ægyptii cum nihil æque abhorrerent, quam inanes
...rum nugas, & cauilloſas verborum argutias, argumentorū
...ulas in naturæ viribus indagandis, eiuſmodi notæ homi-
...ſuis, amicæ, hieroglyphicum ſignificabant Eodem intelle-
...Hebræos ſuilla abſtinere præceptum aſſerit Philo, admo-
...nos ea lege diuina, vt Sophiſtas euitaremus, per euitabilem
...modi animalis impuritatem: illi enim acutiſſimis tantum ac-
...iſq; rerum diſtinctionibus, quod per bifidam animalis
...interpretantur, quaſi luto inhæſitantes, ita illis adhære-
...inde nunquam auelli poſſint, ſed ad extremam vſq; ſenec-
...ibidem computreſcunt. nam & porci nihil illuſtre, nihil pu-
...nihil limpidum amant, ſed turbida tantum, ſpiſſa, ſordida & fe-
...ſectantur, inque his præcipuam ſtatuunt voluptatem. *Io.*
...Valer. Hierogl. li.9. ca.5.

...Hydræ ſignificatum, cuius vno præciſo anguineo capite, alia at-
...è veſtigio repullularent, multi aliis atque aliis modis inter-
...ſunt: Nos ea contenti eſſe poſſumus expoſitone, quam Plato
...Euthydemo poſuit, vbi per eam perinde ac per Cancrum, Sophi-
...nugas ſignificari. *Idem, lib.16. c.36.*

...Sophiſtas ſignificare qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim
...animali perſimiles Plato dicit, quos vbi validiori aliqua ratio-
...ictos comprehenſoſq; putes, tunc recto fugaci curſu elapſi
...diuerticula atque ſubterfugia maiorem priore tibi laborem in-
...ant, ſi vilem ac inanem prorſus curam eos conſectandi ſuſcepe-
...Idem li.28. c.43.

Eſt & in ſacris noſtrorum literis myſtica de ranis Ægyptiacis mē-
...perquam frequens, quæ iugiter in Ægypto pluerint, Sophiſta-
...nugas, & Dialecticorum garrulitatem per eas doctores quidam
...iguat: ſiue ob nullius ſignificantiæ vocem tam argutam, tam-
...pertinacem: ſiue quod in luto voluptuoſa ſit earum habitatio,
...rum vtrunq; Sophiſtis attribuitur. *idem, lib.39. ca.41.*

Ranarum nocturnam & moleſtam coactionem, fulgentis Lam-
...ſplendore illis repertæ obiecto reprimi, cunctaſq; illico, vt po-
...quibus oculos inopinatus fulgor perſtrinxit, conticeſcere, expe-
...ntia oſtendit. Vt ranis clamor obſtrepitus, & cœni amor eſt fami-
...ſita Sophiſtis loquentiæ multum, ſapientiæ patum ineſt, & o-
...ad pluatricam pompam atq; inanem oſtentationem actio i-
...rum compoſita apparet. Vt igitur ranæ face noctu accenſa ob-
...teſcere coguntur: ſic Sophiſtis etiam, detectis ipſorum argutiis, &
...ſolutis fallaciarum ſtrophis irrefragabili veritate luce, tandem
...os oculiq; confunduntur, vt omnibus ſincere iudicantibus lu-
...brio ſint pariter & odio. *Collect. Hierogl. lib. 6. in vocula, Sophiſtæ.*

Cui additum eſt diſtichon

Lumine perculſæ ceſſant maledicere ranæ,
Et victus veri luce Sophiſta tacet.

Varietas Lūnę mutatis quotidie faciebus, adeo conſpicua, anſam
dedit, vt nonnulli Sophiſtas per Lunæ Hieroglyphicum intellexe-
...t: & Ægyptii Sophiſtæ, quandoquidem Luna Ægypti Symbolum
eſt, cuius prouinciæ Iſis Domina perhibetur, toto opere notantur.
Pierius li.44. hierogl. c.20.

Sors. Sortilegium.

❡ Definitio: et Etymolog.

SOrs, ſortis, fœm. gen, à ſerie, ſecundum Varronem, ſumitur tum
in bonam, tum in ſiniſtram partem. Nam in rebus ſacris, Eccle-
ſiaſticis, politicis & œconomicis, ſors pie & commode vſurpa-
tur; at quum ad nefarias ſortes ſortilegiorum opera variis modis re-
lata eſt, damnatur, & merito. Rei euentum & caſum vel probatum,
vel improbatum ſignificat. *Cicero, lib.2.* de Diuin. de ſortibus partim
politicis, partim improbatis agens. Quid (inquit) ſors eſt? Idem pro-
pemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras: quibus re-
bus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet. Tota res eſt
inuenta fallaciis, aut ad quæſtum aut ad ſuperſtitionem, aut ad er-
rorem. Sunt aliæ ſignificationes huius voculæ: harum duas addi-
mus. 1. Sors eſt fatalis neceſſitas, cuius mentio frequens apud Poetas.
2. Oracula ſeu reſponſa dicebantur Sortes, quæ à diis eorumve ſacri-
ficatis, vnicuiq; conſultori reddebantur. Hinc *Valer. Max. li.1.* Cu-
ius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum miſſi, re-
tulerunt præcipi ſortibus, vt aquam eius emiſſam per agros diffun-
derent.

Sors Græc. κλῆρος dicitur, Hebr. *Ghorial* Huius meminit ſcriptu-
ra *S. Leu.* 16.8.9.10. *Num.* 26.55.56. *Ioſ.* 7.14.16 & 18.7.8.10.11. & 19.1.10
17.24.40.51. & c. *Pſal.* 16.5, & 125.3 *Nehem.* 11.1. In hiſtoria Eſtheræ,
c.3.7 & 9.26.28.31. occurrit vox Perſica *Pur*, i. Sors, & numero plural.
Purim, ſortes, quorum feſtum etiamnum, 27 & 28. Februarii cele-
bratur à Iudæis, qui tunc hiſtoriam Eſtheræ legunt. Et quoties men-
tio fit Hamani, pugnis & malleis ſynagogarum ſuarum ſcamna ſub-
ſelliaq; pulſant & feriunt, ac ſi caput Hamani contunderent. Diſtin-
ctiones ſortium piarum, mediarum, impiarum, paucis deſcribit, ſed
accurate Etymologicon trilingue Lugdunenſe, anno 1607. editum,
prolixe vero Peucerus, comment. de variis diuinationum generi-
bus. Ibi ſortes ſacræ, cuius exempla ad finem huius ſectionis occur-
runt, explicantur: politicæ dein variæ veteres & recentiores. Ibi
multa de teſſeris ſeu alea, calculis, talis. Sortium profanarum vani-
tas detegitur & refellitur, Herculanæ, Preneſtinæ, Antiatinæ, Apo-
nianæ, Vergilianę, Lyciæ & Deliæ traducuntut. De geomantia, ono-
momantia, arithmomantia, logarithmomantia, Cabaliſtica, Tephra
mantia, Botanomantia, Ceromantia, abunde ſatis depinguntur,
damnantur.

Sortilegium vero, Græc. κληρομαντεία, & κληρομαντεία, magicas ſu-
perſtitiones, & diuinationes abominabiles ſignificat. Quando de
ſortibus probatis agitur, ſortitionis voce vtimur. Hic reponenda eſt
lex Dei, *c.18. Deut. v.*10. & 11. Ne inueniatur in te, qui luſtret filium
ſuum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, & ob-
ſeruet ſomnia atq; auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque
qui phythones conſulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem:
omnia enim hæc abominatur Dominus. Auguriorum nomine ſor-
tilegii variæ ſpecies intelliguntur. Gall. *Sorcelleries.*

Sortilegi ſunt, qui nomine fictæ religionis per quaſdam, quas
Sanctorum ſeu Apoſtolorum vocant ſortes, diuinationis ſcientiam
profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura
promittunt. *ſec. Iſid. l.4. etymolog.* & *hab.26. q.1. Sorti.*

Sortilegium eſt per ſortes diuinatio. Sortilegi vero, qui per ſor-
tes futura pronuntiant, vel qui aliquid eligunt per ſortem (ſortem
enim fortuitum alicuius rei euentum dicimus) à quo fit verbum
ſortior, quod eſt ſortes facio, ſiue ſortes recipio, ſeu per ſortem ali-
quid decerno, vel eligo. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag.*
781.782.

Sors proprie dicitur, cum aliquid fit, vt eius euentu conſiderato,
aliquid occultum innoteſcat. *ſecund. B. Thom ſec. q.95. art.8. ca.*

❡ Loci Biblici.

Sortes à Deo reguntur, *Prou.* 16.33. ſortium miſſionis praxis, *Ioſ.*
18.10. 1. *Sam.* 10.20. & 14.42. *Eſth.* 3.7. *Pſ.* 22.19. *Matth.* 27. *Ionæ* 1.7, *Act.*
1.16.

❡ Patrum Sententiae.

Varro dixit, quatuor eſſe diuinationis genera, terram, aquam
aera & ignem: hanc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam
& pyromantiam, dictam conſtat. Diuini dicti ſunt, quaſi Deo ple-
ni: diuinitate enim ſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudu-
lenta hominibus futura coniectant. Duo ſunt autem genera di-
uinationis, ars & furor. Incantatores dicti ſunt, qui peragunt ver
bis